

1333, Maggio 18. — *Offic. Mes.*

*Stesso a P. Pizoli (a cui gli Armeni avevano tagliate le mani) per aver portato legname.*

Cum Petrus Piçolo Capsellarius, cui pro subsidio quod prestitit illi nobili de Ca Contareno detento in Armenia, amputate fuerunt manus pridie, onerari fecisset certam quantitatem lignaminis a Capsellis, quod quidem suus nepos laborare debebat, quod lignamen licite potest extrahi, et Officiales maris ipsum condempnaverint in Libris V. grossorum pro duplo dacio, eo quod cum suis manibus laborare non poterat et suo nomine onerari fecerat; Vadit pars compaciendo sibi quod ab omni pena quam incurrisset absolvatur. Et Vicedomini dicunt quod credunt ipsum pure et simpliciter fecisse, credendo hoc pure et licite posse facere; et si ipsi per se potuissent sibi gratiam fecissent, et credunt justum sibi facere dictam gratiam.

[V. 25]

317.

1333, Novembre 23. — *Offic. Levantis.*

*Stesso a Bellocio dalla Croce per aver portato di Sal Armeniaco da Cipro.*

Cum Bellucius a Crucibus caricare et poni fecerit in Cipro super navem de Ca Michel que inde discessit cum ordine, capsas duas de Sale Arminiago valore librarum quatuor grossorum, credens illud licite et libere posse conducere Venecias, putans ipsum esse havere grossum, sicut a multis intellexerat, ut dicit; et nunc Officiales Levantis ipsum intromiserint dicentes ipsum esse havere subtile, et venisse contra ordinem, Vadit pars quod considerata condicione dicti facti et puritate dicti mercatoris, fiat sibi gratia quod sibi restituatur dictus Sal Arminiago, et